

## Passage 1

*Apollo and Neptune offer to help Laomedon, king of Troy, but he cheats them. His city is punished, but Hercules comes to the rescue.*

Laomedon erat rex Troiae. olim Apollo regem muros aedificare parantem conspexit. deus 'si nobis' inquit 'dona dabis, Neptunus muros aedificabit, et ego oves tuas custodiam.' Laomedon tamen, cum muri aedificati essent, deis dona promissa non tradidit. Neptunus igitur regem punire constituit: anguem ingentem Troiam misit ut puellas consumeret. Laomedon perterritus ceteros deos rogavit quid facere deberet. 5 dei monuerunt ut filiam eius angui daret. cum rex hoc facere nollet, Neptunus imbres ingentes in terram Troiae misit. agri deleti sunt; cives miserrimi erant quod nullum cibum habebant. tandem igitur rex filiam lacrimantem prope mare reliquit. Hercules tamen, qui forte aderat, puellam servavit.

### Names

Laomedon, Laomedontis *m*

Laomedon

Troia, Troiae *f*

Troy (*a city*)

Apollo, Apollinis *m*

Apollo (*a god*)

Neptunus, Neptuni *m*

Neptune (*god of the sea*)

Hercules, Herculis *m*

Hercules

### Vocabulary

ovis, ovis *f*

sheep

anguis, anguis *m*

snake

imber, imbris *m*

shower of rain

Answer the following questions based on part of the story you have already read.

Laomedon tamen, cum muri aedificati essent, deis dona promissa non tradidit. Neptunus igitur regem punire constituit: anguem ingentem Troiam misit ut puellas consumeret. Laomedon perterritus ceteros deos rogavit quid facere deberet. dei monuerunt ut filiam eius angui daret. cum rex hoc facere nollet, Neptunus imbres ingentes in terram Troiae misit.

- (a) Identify an example of the **nominative** case in line 1. [1]
- (b) *deis dona . . . non tradidit* (line 1): identify the case of *deis* and explain why this case is used here. [2]
- (c) Identify an example of the **perfect** tense in line 2. [1]
- (d) Pick out an **adjective** in line 2. [1]
- (e) *rogavit quid facere deberet* (line 3): explain why *deberet* is in the **subjunctive** mood. [1]
- (f) Pick out a **pronoun** in line 4. [1]
- (g) *hoc facere nollet* (line 4): identify the **form** of *facere* and explain why it is used here. [2]
- (h) Pick out a **preposition** in line 5. [1]



## Passage 2

*After Nero gets rid of his mother's favourite, Pallas, she turns against him and supports his rival for the throne, Britannicus. Nero attempts to kill Britannicus.*

Pallas libertus erat cui Agrippina, mater imperatoris, in omnibus rebus favebat. Nero tamen Pallanti non credebat, quod magnum imperium multamque pecuniam habebat. ille igitur Roma discedere ab imperatore coactus est. postquam Nero Pallantem expulit, Agrippina iratissima erat. statim filium minari coepit.

- 5 'Britannicus,' inquit 'cuius pater erat imperator Claudius, iam adultus est. ille, non filius meus, imperator esse debet.' Nero, his verbis territus, Britannicum interficere constituit. hoc tamen aperte facere nolebat, quod cives Romani Britannicum maxime amabant; itaque militi cuidam imperavit ut venenum in cibum Britannici poneret. iuvenis tamen, consumpto veneno, non mortuus est. Nero igitur iterum  
10 conari coactus est.

### Names

Pallas, Pallantis *m*

Pallas

Agrippina, Agrippinae *f*

Agrippina

Nero, Neronis *m*

Nero

Britannicus, Britannici *m*

Britannicus

Claudius, Claudii *m*

Claudius

### Vocabulary

minor, minari, minatus sum

I threaten

adultus, adulta, adultum

adult

aperte

openly

venenum, veneni *n*

poison



### Passage 3

*Nero makes a second and more successful attempt to dispose of Britannicus.*

Britannicus cum familia et amicis sedebat ut cenam consumeret. quod semper timebat ne inimicus quidam se interficere conaretur, unus e servis omnem cibum vinumque gustavit, priusquam Britannico data sunt. ubi poculum vini nimis calidi, in quod nullum venenum positum erat, ei datum est, Britannicus iussit  
5 servum aquam frigidam vino addere. in hac aqua fuit venenum, validius quam antea; quod per totum corpus tam celeriter pervasit ut vox et spiritus statim raperentur. omnes Neronem spectabant: ille tamen dixit Britannicum talia saepe pati, et mox iterum locuturum esse. ceteris ad cenam reversis, Agrippina sola, quae filium suum bene cognoverat, intellexit Britannicum iam mori.

### Names

Britannicus, Britannici *m*

Britannicus

Nero, Neronis *m*

Nero

Agrippina, Agrippinae *f*

Agrippina

### Vocabulary

familia, familiae *f*

family

gusto, gustare, gustavi, gustatus

I taste

priusquam

before

poculum, poculi *n*

cup

nimis

too

calidus, calida, calidum

hot

venenum, veneni *n*

poison

frigidus, frigida, frigidum

cold

addo, addere, addidi, additus

I add

pervado, pervadere, pervasi

I spread

spiritus, spiritus *m*

breath